DE

RESINAE VERATRI VIRIDIS EFFECTU IN PNEUMONIA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE GRYPHISWALDENSI

OB SUMMOS

IN MEDICINA,

CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA

HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE VIII. MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXVII

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

BERNHARDUS SCHOENEMANN,

SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

A. SCHINDLER, DR. MED.
H. SCHOLZ, DR. MED.
R. SCHOEPPE, DR. MED.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE REG. ACAD. TYPOGR.
MDCCCLXVII.

PATRIS MANIBUS

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VULT

FILII PIETAS

Nemo dubitare potest, quin recentis medicinae udiis opinio de affectione locali ac sequentibus mptomatibus in morbis febrilibus valde mutata . Nam quum olim affectio localis praecipue op- gnaretur neglecta febri quae sequebatur, nunc ectionem localem morbi febrilis causam quidem bemus, sed in therapia inprimis animum adver- nus ad febrim affectionem localem sequentem, ae aut nimia vehementia aut perpetuitate vitae groti minatur. Nunc quidem censemus remedia morbis febrilibus praebita non tam contra affe- onem localem quam contra febrim ipsam proficere, a re china, digitalis, tartarus stibiatus, quae ma- ne febrim opprimunt ad morbos plerosque febriles nandos adhibita sunt; nihilominus remedia illa ad ectionem localem aliquantum valere putamus. o maiore vi remedium quoddam praeter effectus tifebriles in affectione locali est, eo magis fieri n potest, quin summi momenti sit in therapia. tamen concedendum est, thesaurum medicamen- um, quantuscunque est in hac re pauperrimum

esse; quapropter omne remedium, ut supra dixim effectum duplicem continens, dignum est, quod a curatissime examinetur. Quam ob rem haud ali num mihi videtur de iis quae adhuc in institu clinico et policlinico huius universitatis observa sunt de remedio nuper a compluribus medicis adl bito — de resina Veratri viridis — disserere.

Hoc remedium ex duabus Verati speciebu quarum magnam in corpus animale vim esse ia diu constat, praeparari scimus. Jam Schabel[1] cit: effectus noxios radicis Veratri albi et hellebo nigri simillimos esse, praecipue inesse substanti resinosae; adhibenti ad vasa sanguinifera, membr nas serosas etc. maiores esse quam adtractum i testinalem; remedium in dosibus maioribus adhil tum, respirationem, pulsus cordis retardare, singult vomitiones, salivationem efficere. Meissnerus an MDCCCXVIII alcaloides ex seminibus sabadill praeparavit et „Sabadillinum“ descripsit; an MDCCCXIX Pelletier et Caventou „Veratrin dixere et descripsere. Postea duo praeparata tinctu Veratri et resinoides, extracta e radice Veratri ridis, adhibitae sunt. Jam anno MDCCCXX M gendie experimenta fecit in animalibus; an MDCCCXXIX Bardsley in aegrotis adhibuit, q facto pulsus cordis retardari, turbationes in tra intestinali, nauseam, vomitiones, diarrhoeam pro

1) Schabel, diss. inaugur. de effectibus veneni radic veratri albi et hellebori nigri Tueb. MDCCCXVII.

am oriri docuit. Contra Ebers[2]) anno MDCCCXXXV raedicabat, effectum diureticum consequi si quis in utem inungueret. Nec ea opinio ab aliis confirmata st. Ac Esche[3]) quidem anno MDCCCXXXVI in pplicatione locali effectum non videbat; in sangui-em iniiciens celeriorem et maiorem, ex ventriculo ebiliorem. Anno MDCCCXXXVII Roell de appli-atione externa Veratrini scripsit, item Forke, qui raeter ceteras opiniones commemorat, obstructiones riri atque effectum cumulari.

Fl. Amier unus ex omnibus animadvertit, into-icationem ortam esse in applicatione externa.

℞ Verat. gr. x
Adip. suilli ℥j
mf. ung. ter intritum duabus horis interpositis.

Eadem quae Forke anno MDCCCXXXXIV Geb-ard observavit. Van Praag[4]) anno MDCCCLIV emoriae prodidit experimenta in canibus, cuniculis, ibus, ranis, piscibus instituta ac intoxicationi Ve-trini propria describit convulsiones tonicas et clo-cas, rigorem membrorum tetanicum, salivationem, : quae iam de tractu intestinali observata sunt. an Praag quidem putat, Veratrino proprio effectui adium irritationis antecedere, in quo respiratio, lsus cordis accelerati, tetanus musculorum ac

---

2) Das Veratrin und seine Wirkungen nach eigenen Er-rungen mitgetheilt von Dr. Ebers in Breslau.

3) Esche, diss. inaug. medic. de Veratriae effectibus in pus animale. Lipsiae MDCCCXXXVI.

4) Virchow's Archiv, Bd. VII.

nervorum irritatio aucta sit. Veratrinum adhibe posse censet contra typhum, febrim rheumatica scarlatinam, febrim traumaticam, hernias incarcerata peritonitidem acutam, ob effectum pulsus cordis r tardantem contra pneumoniam, pleuritidem, morb cordis. Koellicker[5]) eadem quae van Praag o servavit, qui quidem haec dicit: primum Veratrinu valet ad fibras musculorum animales celeriter debiliter, non solum in sanguinem iniectum sed etia localiter applicatum; deinde effectus debilitans ef citur exceptis nervis; tum Veratrinum est remediu excitans medullam oblongatam ac medullam spinale in applicatione ipsa tetanus efficitur; tum cerebru sine dubio postea fortasse nullo modo afficitu postremo in intoxicationibus pulsus cordis m tolluntur. Summi momenti sunt quae Stoehr[6]) n solum de cadente temperatura in animalibus p thermometrum demonstrata sed etiam quae in ipso observavit, ex quibus apparuit temperatura in uno casu de 37,2° C. usque ad 34,6° decidis granis $1^{11}/_{12}$ resinae Veratri viridis sumptis. Q auctore remedium illud vehementius pulsus cor affectat quam temperaturam et cordis pulsus temperatura normales fiunt vel subnormales; at men temperatura prius augetur quam pulsus cor Liceat mihi ea afferre quae ipse cum commilitoni candidatis artis medicae Mueller et Schmidt, qui

5) Virchow's Archiv, Bd. III.

6) Stoehr: Ueber Resina veratri viridis Würzb. me Zeitschr. 7 Bd. 1866.

hoc loco praecipue gratias ago, observavi. Resina Veratri viridis sic adhibita est, ut Mueller in horas gr. 1/6 Schmidt et ipse gr. 1/12 sumpserimus. Experimentum ab hora secunda post meridiem usque ad horam nonam continuatum est. Mensurationes temperaturae in cavo oris institutae sunt. Temperatura conclavis 19,4° C.

Mueller

Hora.	Tempert.	Pulsus cord.	Respir.	Dosis.
2	37,4	96	22	gr. 1/6.
3	37,6	88	22	gr. 1/6.
3½		104		
4	37,8	104	24	gr. 1/6.
4½		112		
5	37,9	104	24	gr. 1/6.
5½		124		
6	38	104	22	gr. 1/6.
6½		104		
7	38,2	104	22	gr. 1/6.
7½		100		
8	37,9	100	22	gr. 1/6.
8½		100		
9	37,8	100	22	gr. 1/6.
9½		100		
10	37,5	100	22	
11	37,1	82	20	
12	36,4	62	16	
1	36,1	58	16	
3	36,3	56	16	
5	36,4	60	16	
7	36,7	60	16.	

Insequenti nocte hora duodecima vomitiones vehementes, salivatio largissima, pulsus cordis intermissi, angor praecordialis, diarrhoea non adfuit.

Schmidt.					Autor.		
Temp.	Puls. cord.	Resp.	Dos.	Hora	Temp.	Puls. cord.	Resp.
37,2	68	16	gr. 1/12	2	37,4	88	20
37,2	64	17	gr. 1/12	3	37,3	72	20
37	68	18	gr. 1/12	4	37,4	80	20
37	78	20	gr. 1/12	5	37,2	76	18
37,6	76	22	gr. 1/12	6	37,2	68	16
37,7	66	20	gr. 1/12	7	37	68	16
37,6	64	22	gr. 1/12	8	37	60	16
37,6	62	20		9	36,6	64	16
37,5	66	20		10	36,6	62	16
37,2	48	16		11	36,5	56	16
36,5	44	14		12	36,5	58	16
36,6	52	16		3			
36,8	56	16		7.			

Schmidt hora undecima angore praecordiali nausea sine vomitu correptus est; somnians deliravit. Me ipsum remedium nullo modo affecit.

Alio tempore sumpsi

Hora	Tempt.	Puls. cord.	Resp.	Dos.
3	37,3	84	20	gr. 1/3
3½	37,5	84		
4	37,6	88	18	gr. 1/3
4½	37,1	72		
5	36,9	68	18	gr. 1/3
5½	36,4	52	16	
6	36,1	44	14	

Hora	Tempt.	Puls. cord.	Resp.
7	36	44	14
8	36,3	50	16
9	36,5	54	16
10	36,5	64	16.

Exstitere nausea, nulla vomitio, pulsus cordis ıtermissi.

Tertio in experimento sumpsi

Hora	Tempt.	Puls. cord.	Resp.	Dos.
3	37,4	86	20	gr. β
3½	37	84	20	
4	36,5	60	18	
4½	36,1	54	16	
5	35,7	42	14	
5½	35,8	44	14	
6	35,9	48	16	
7	35,9	48	14	
8	36	48		
9	36,5	48		
10	36,6	52	16	
11	36,7	60	16	

Hora quinta exstiterunt vomitus, deiectiones omplures aquosae, angor pectoris, salivatio medioris, pulsus cordis intermissi; pupilla in nullo exerimento amplificata.

Paulus Guttmann[7]) praecipue commemorat,

7) Paul Guttmann, Bemerkungen über die physiologischen Virkungen des Veratrin, Archiv für Anatomie und Physiologie nd wissenschaftliche Medicin. 1866.

quanta sit vi remedium ad fibras musculorum ani males. Contra quae Koellicker id musculorum ve nenum celerrime irritationem nervorum exstinguer ostendit. Quod ad cor attinet, auctor dicit cordi quidem vigorem minui eiusque actionem retardar sed horis nonnullis interpositis cordis pulsus tol et ne magnis quidem dosibus effici posse ut pulsu cordis statim opprimantur. Sine dubio Veratrinu non ea cordis venena habet quae pura nominantu

Adhuc Veratrinum praecipue adhibitum erat u anodynum ad neuralgias, prosopalgiam, ischiam, hy pochondriam, hysteriam. Quod remedium ne priu propter effectus antifebriles saepius adhiberetur e res impedimento fuisse videtur, quod nimiae dose praebitae sint quo factum est, ut aegroti constitut valde laederetur.

In therapia morborum febrilium Veratrinum nc prius — quantum quidem ego cognoscere libris p tui — inductum esse videtur quam decennio pr ximo, praecipue in pneumonia; quo ex tempo multa communicata sunt, quae quum scalas temp raturae, pulsus cordis, respirationis accuratissin institutas contineant, summi momenti sunt in pra Primus Aran [8]) in pneumonia utebatur remedio f brifugo. Post quem W. Vogt [9]) et Ritter [10]) et Dessauer [11]). Accuratissime de hac re disser

8) Bullet. de thérap. XIV.

9) Schweizer Monatsschrift. Jahrgang V und VI.

10) Deutsche Klinik, 14, 16. 1860.

11) Oestr. Zeitschr. für practische Heilkunde. XII. 7, 1866.

Kocher[12]) cuius observationes optimehoc remedium commendant in comparatione statistica cum aliis therapiae modis in pneumonia nixae. Ut exemplo citar, Thomas habuit mortalitatem in curanda pneumonia exspectativa 21,5 p.C. Bleuler 22,9, Dietl 7,4; in curanda pneumonia venaesectionibus adhibitis Dietl 20,4 in curanda pneumonia tartaro stibiato praebito 20,7. Magnus de Huss in varia therapiae ratione 10,7; in curanda pneumonia Veratrino praebito Vogt 7,8, Kocher 6,6. In pneumonia sine complicatione Kocher nullum habuit exitum letalem, item Dietl. Pneumonia perstabat ex initio usque ad crisin apud Bleuler dies $6\frac{2}{3}$, in curanda pneumonia Veratrino adhibito dies $5\frac{7}{8}$. Tempus quod pneumonia usque ad finem perstabat summam auctore Kocher praebet utilitatem in curanda pneumonia cum Veratrini praeparatis.

Ut adhuc compertum est, resina Veratri viridis plerumque id effecit, ut complexum symptomatum, quam febrim appellamus, — id est temperaturam, pulsus cordis, respirationem — ad statum normalem reducere possit. Attamen non eodem modo valet ad temperaturam quo ad cordis pulsus; primum cordis pulsus, deinde temperatura minuitur. Temperatura vero et pulsus cordis normam non tenent sed rursus augentur, primum temperatura, paulo post pulsus cordis. Hac ratione aegrotus aut plane febri

---

12) Kocher: Ueber die Behandlung der croupösen Pneumonie mit Veratrumpräparaten. Bern 1866.

liberari aut pneumonia tamquam intermitti potest. Veratrinum iam parvis dosibus gr. $^1/_{10}$ usque gr. β praebitis habet effectum; nausea vomitus exstitit; magis ventriculum quam tractum intestinalem irritare videtur, diarrhoea cito cessante. Obstructio a Gebhard et Forke observata, hoc loco nunquam animadversa est. Effectus febrifugus non apud omnes idem; plerumque invenitur praebito gr. β usque $^2/_3$ usque gr. $^3/_4$, ac vulgo cum nausea observatur; qui effectus mox exstitit saepius post horas sex, octo, decem, duodecim. Temperatura gradibus duobus vel tribus, pulsus cordis sexaginta ictibus minui possunt. Quod quantam vim in aegrotum habeat manifestum est, quum affectio localis raro tanta sit, ut sanetur medendi ratione ipsa.

Non alienum est cognoscere, quo modo resina Veratri viridis in variis pneumoniae stadiis aut in variae procedentibus pneumoniis efficax sit atque omnes qui de ea re quaesiverunt censent, remedium pneumonia in singulis exacerbationibus procedente omni in exacerbatione optime efficere (Conf. c. hist. morbi V.) peumonia autem aequo modo crescente; crisim accelerari, febrim prius cessare, restitutionem in integrum celerius fieri.

Quantum resina Veratri viridis ad affectionem localem valeat non plane constare videtur. Attamen omnes in eo consentiunt, remedio in affectione locali effectum tribuendum esse propterea quod ea cum febri coniuncta est; quantopere autem febris cum locali affectione coniuncta sit iam supra diximus.

ran censet, in congestione quidem locali effectum bortivum apparere, in stadio hepatisationis effectum calem directum non apparere; resorptionem febri emota accelarari. Vogt nisi pneumonia in primo el secundo stadio exacerbationis febris erat, ac in cali hyperaemia vel engouement in casibus leviori-us-abortivum effectum non vidit. Ritter nihil va-re ad exsudatum, Veratrinum nisi febris vitae mi-etur non proficere putat. Kocher quidem haec enset: „Das Veratrin vermag im Stadium der noch nvollständig ausgebreiteten Entzündung jeder Zeit e extensive Zunahme der letztern zu verhindern, e gegebene Entzündung kann dabei abortiv werden, der Regel bei Pneumonien, die im ersten Exacer-ationsstadium zur Behandlung mit Veratrin kommen, onst nur bei gleichzeitiger kritischer Entfieberung urch Veratrin.“ Cuius cum sententia plane consen-mus propter ea quae hoc loco cognovimus, ac orborum historiis, quas adiuncturi sumus, illustra-mus.

Maxime prodest resina Veratri viridis in pneu-oniis recentibus (Conf. c. hist. morb. IV.) ac in aletudine aegroti haud debilitata; ac quo vehemen-or febris eo magis; quae sine dubio opprimitur emedio dato, primum pulsus cordis, deinde tempe-atura corporis; quo magis febris cessat, eo celerior esorptio; Pneumonia si complures exacerbationes abet, resina Veratri viridis omni in exacerbatione undem effectum antifebrilem praebet, crisis accele-ari videtur. (Conf. c. hist. morbi V.) Pneumonia

si in stadio hepatisationis est, resina Veratri viridis non alium effectum praebet quam febrifugum; febrim quasi intermittentem reddit, remissionem definitivam accelerat, inprimis resina Veratri viridis adhibita eo tempore quo defervescentiam accidisse verisimile est. (Conf. c. hist. morb. I, II, III.) In pneumoniis aliis cum morbis complicatis item effectum antifebrilem praebet; cum Rittero consentimus in veteribus seu recentibus affectionibus endocardii remedium minus proficere. (Conf. c. hist. morbi VI.) Magni momenti sine dubio est in adhibenda resina Veratri viridis alio loco alios effectus fuisse, quod medicamentum non semper eadem ratione compositum esse videtur. Kocher omnino commemorat resinam Veratri viridis a Veratrino liberatam nihil profecisse qua propter fieri non potuit, quin remedium intermitteretur.

Quae doses adhibendae sint non convenit inter omnes, attamen methodus quaedam observanda esse videtur. Kocher quidem Roth et Uhle propterea nullum effectum habuisse putat, quod nimiis intervallis interpositis minimas doses adhibuerint. Hoc loco remedium in horas gr. $\frac{1}{12}$ vel in binas vel in ternas horas gr. $\frac{1}{6}$ datum est. Effectus apparet sumptis gr. β usque gr. $\frac{2}{3}$ usque ad gr. j; nunquam cumulatur. Quum membranam mucosam oris ac narium insuaviter offendat, in pilulis datur remedium. De Dessauer solutum dedit; medici Americani [13]

13) Canstatt's Jahresbericht, 1861, Band V.

Tincturam Veratri viridis adhibuerunt, in horas gtt. IV. Quum tractum intestinalem offendat, medicamento statim interposito, remedio non opus est, quin etiam hoc effectu adepto, plerumque subito temperatura ac pulsus cordis minuti sunt. Qui effectus priusquam perspicitur, resina Veratri viridis mediocriter excitare videtur sicut opium; tamen excitationis stadium mox praeterit maioribus dosibus adhibitis.

Contra indicatur in pneumoniis quae lente procedunt, in quibus febris non vehemens, apud aegrotos infirma valetudine, in cachexiis, in complicationibus endocardii.

Collapsui celeriter imminenti ab aliis autoribus commemorato hoc loco nunquam observato, medicamentis excitantibus resistendum est, qua re effectus remedii nullo modo minuitur, quoniam medicamenta excitantia ad alias nervorum partes valent atque Veratrinum. Certe quominus in praxin induceretur, ea res impedimento fuit, quod antea nimiae doses praebitae sunt, unde factum est, ut tractum intestinalem gravius laederet atque collapsum efficeret. Qua re in adhibenda resina Veratri viridis — imprimis in praxi privata — summa cura observanda est, ne collabatur aegrotus. In praxi privata ineunte stadio pneumoniae apud aegrotos valetudine haud debilitata remedium commendandum sit ea conditione, ut aegrotus seu propinqui stricte quae medicus praescripserit observant.

Veratrini dimidium a compluribus medicis eodem effectu datum est quo resina Veratri viridis.

Speramus futurum tempus de constitutione huius remedii chemica accuratiora nos docturum esse, ut nemo dubitare possit, illud remedium in praxin privatam inducere. Sine dubio resina Veratri viridis digna est, quae non solum in pneumoniis, sed etiam in aliis morbis febrilibus adhibeatur.

Historia morbi prima.

A. faber quinquaginta duo annos natus, anno aetatis decimo tertio pneumonia, deinde per duos annos febri intermittente tertiana se laborasse profitetur. Die vigesimo quinto mensis Martii meridie subito frigore vehementi affectus est; exstiterunt dolores in sinistro latere praecipue profunde inspiranti. In nosocomium receptus est meridie 28. 3. Status praesens. Aegrotus firmo corpore nec nimio panniculo adiposo. Thorax bene configuratus aequaliter expanditur. Percussio obtusionem demonstrat in sinistro latere a tergo in inferiore parte usque ad spinam scapulae, in exteriore parte usque ad lineam axillarem; prope basin pulmonum locum magnitudine manus non obtunditur; auscultando cognoscitur supra obtusionem respiratio bronchialis et sonitus crepitantes; palpitando fremitus pectoralis sublatus est. Obtusio cordis minor quam in normali statu, hepatis normalis, lienis paulo aucta; in urina nullum albumen.

29. 3. Per noctem male dormiebat; sputa moderata pneumoniam indicantia.

30. 3. Sonitus crepitantes aucti.

31. 3. Aegrotus non dormiebat; dolores in latere sinistro vehementissimi; sputa non larga; obtusio eadem magnitudine; sonitus crepitans humidus fit; sonus respirationis debiles.

1. 4. Media nocte sudor profusus, quo facto aegrotus in meliore statu fuit; obtusio eadem; in latere sinistro a tergo in inferiore parte nonnulli sonitus crepitantes humidi; sonus respirationis vix audiendi; in obtusionis finibus respiratio bronchialis, debilis. Resorptio medicamentis expectorantibus adiuta celeriter procedit, ita ut aegrotus sanatus 10. 4. dimittatur.

Dat.	Temp.		Puls. cord.		Respir.		Dies morbi.	Dosis.
	m.	v.	m.	v.	m.	v.		
28.3		39,7		116		32	3	gr. 1/3
29.3	39,1	39,5	96	116	32	32	4	gr. β
30.3	39	39,3	96	80	24	28	5	gr. β
31.3	39	38,1	92	72	22	24	6	gr. 1/3
1.4	36,8	37,2	72	72	24	22	7	
2.4	37,3	37,3	72	72	22	22	8.	

Historia morbi secunda.

Carolus Z. operarius, quinquaginta quatuor annos natus, ante quinque annos per quatuor menses pneumonia se laborasse antea et postea semper bona valetudine usum narrat. Affectus est 1. 4. post meridiem vehementi frigore, quod quatuor per

horas perstitit; secuta sunt tussis, calor, dolores in pectore; aegrotus receptus est in nosocomium.

2. 4. Status praesens. Aegrotus firmo corpore; thorax bene configuratus aequaliter expanditur. Percussione pulmonum in latere dextro a tergo in medio pulmone obtusio vix magnitudine manus, auscultatione praeter respirationem debilitatam nihil abnorme invenitur; tussis mediocris, sputa non larga, glutinosa mixta cum singulis sanguinis striis.

3. 4. Bene dormiebat nec tussi magnopere vexatus est; sputa mediocriter aucta, tenacissima; obtusio in dextro latere a tergo plane cognoscitur a spina scapulue usque ad angulum scapulae inferiorem; auscultatione illo loco respiratio bronchialis cum singulis sonis crepitantibus auditur. Supra et infra obtusionem respiratio normalis; catarrhus bronchialis non violens.

4. 4. Aegrotus non diu dormiebat; delirabat; obtusio in latere dextro a tergo usque ad basin pulmonum porrigitur, quo loco sonus tympanicus auditur. Fremitus respirationis a spina scapulae usque ad basin pulmonum bronchialis; sonus crepitans vix audiendus.

5. 4. Dormiens multum delirabat; percussione a tergo in latere dextro pulmo plane obtusus invenitur; a fronte in dextro latere item obtusio usque ad costam tertiam ab apice pulmonis. Auscultando hos locos respiratio bronchialis ac sonus crepitans auditur; fremitus pectoralis in latere dextro valde

ıctus; in urina multum albuminis; sputa larga, ridi colore partim tenacia partim fluida.

6. 4. Status aegroti idem; dolores in dextra ectoris regione vehementes; in dextro latere a rgo respiratio bronchialis in partibus inferioribus innitur.

7. 4. Somnus satis bonus; percussione in pulone dextro obtusio a tergo ab apice ad angulum apulae inferiorem, a fronte usque ad finem heitis cognoscitur, auscultatione inspiratio et exspitio bronchialis auditur ac soni crepitantes.

8. 4. Sudor profusus; status aegroti bonus; ssis minuitur.

10. 4. Obtusio multo minor; sonus crepitantes alti ac humidi; respiratio non bronchialis.

12 4 Aegrotus restituta valetudine dimittitur

at.	Temp.		Pulsus.		Respir.		Dies morbi.	Dosis.
	m.	v.	m.	v.	m.	v.		
.4	38,4	40,5	128	112	28	32	2	
.4	39,7	39,2	96	100	32	28	3	gr. 2/3
.4	38,8	40	92	108	36	32	4	gr. ß
.4	40	39,8	100	108	36	32	5	gr. ß
.4	38,6	39,8	100	108	36	32	6	
.4	39,6	39,4	120	112	34	32	7	gr. ß
.4	37,8	38,4	92	92	24	24	8	
.4	36,4	38	72	72	18	16		
.4	37,2	38,1	84	88	18	18		
.4	36,9	36,6	72	64				

Historia morbi tertia.

A. M. faber, quinquaginta unum annos nat antea graviore morbo nunquam se affectum es dicit. 31. 4. mane hora fere quarta violenti frigo correptus est, calore, doloribus capitis et ter Recipiebatur in nosocomium

2. 4. Status praesens. Aegrotus validus, nim panniculo adiposo. Percussione a fronte sonus n malis auditur, a tergo in dextra parte item; in nistro latere sonus normalis ab apice usque spinam scapulae; inde magnitudine manus obtun tur; infra hunc locum sonus normalis. Auscultatio partis obtusae inspiratio atque exspiratio bronchia cum sonis crepitantibus atque aegophonia. A locis respiratio normalis, exceptis nonnullis so crepitantibus humidis. Cordis soni debiles sed n males; sputa larga, tenacia, multum sanguinis c tinentia; in urina paululum albuminis.

3. 4. Tussis, sputa aucta sunt; obtusio in lat sinistro ad partes inferiores procedit, ac plane feriorem pulmonis lobum obtinet; respiratio ausc tatione undique bronchialis auditur; fremitus pec ralis in latere sinistro auctus.

4. 4. Inferior lobus sinister plane infiltra est; tussis vehementissima.

5. 4. Dormiens delirat; sonus percussionis tota parte sinistra obtusus, a fronte paululum ty paniticus; respiratio bronchialis, in inspiratione

s crepitans debilis auditur; fremitus pectoralis ctus.

6. 4. Aegrotus bene dormiebat; sudor, sonus epitantes humidi.

10. 4. Obtusio minima.

12. 4. Aegrotus sanatus dimittitur.

t.	Temp.		Pulsus.		Respir.		Dies morbi.	Dosis.
	m.	v.	m.	v.	m.	v.		
	40,2	40,2	120	108	32	28	2	gr. $^2/_3$
	39,7	38,8	108	96	30	28	3	gr. β
	40	40,1	120	140	30	42	4	gr. $^2/_3$
	38,8	39,2	108	100	32	30	5	gr. β
	37,2	37,3	76	80	20	20	6	
	37	37,2	80	82	20	18	7	

Historia morbi quarta.

T. mulier quadraginta annos nata, ex hieme arrho bronchiali vehementi laborat; est debili istitutione. 5. 6 vesperi frigore, calore, doloribus ritis, languore, respiratione accelerata, tussi vehenti correpta est cum sputis haud largis, cum ulo sanguinis mixtis. Dolores in tussi praecipue sinistra regione, sitis vehemens; defaecatio redata.

8. 6. Meridie aegrota in instituto policlinico atur. Percussione a tergo in dextra parte in o superiore et medio sonus tympanice obtusus litur; auscultatione earum partium respiratio nchialis debilis, bronchophonia, sonus crepitans

cognoscitur Infra locum obtusum et in sinistr parte respiratio vesicularis debilis, a fronte in utra que parte inspiratio atque exspiratio acuta. Hor quarta ac septima aegrotae datur pilula resina Veratri viridis gr. $^1/_6$. Sumpta pilula prima nause sed non vomitus; usque ad horam decimam gr. $^1/$ resinae Veratri viridis sumptum est.

9. 6. Aegrota bene dormivit per tres horas expergiscebatur cum nausea sine vomitu; aegrota status bonus, exceptis tussibus. Pneumonia defe vescebat die tertio; resorptio die decimo sexto finit Catarrhus bronchialis perstitit.

Dat.	Temp.		Pulsus.		Respir.		Dies morbi.	Dosi
	m.	v.	m.	v.	m.	v.		
8.6	40,1	37,8	104	94	40	32	3	gr. $^1/$
9.6	35,8	36,9	72	76	18	18	4	
10.6	36,6	37	72	74	18	16	5	

Historia morbi quinta.

H. operarius, quadraginta tres annos natu firmo corpore 5. 5. vehementi frigore, doloribu lanciniantibus in latere dextro ac regione tergi, d spnoea vehementi affectus est. Post meridiem 7. auxilium petit ab instituto policlinico. In inspectio lingua mediocriter obtecta, facies rubra, circum herpes labialis, dispnoea invenitur, temperatu aucta, pulsus cordis accelerati; sputa sanguin viscida spumantia eiiciuntur. Percussione son a tergo in latere dextro a basi pulmonum usque

ostam quartam obtunditur, aliis locis normalis; uscultatione respiratio a fronte in latere sinistro esicularis, item a tergo respiratio in latere sinistro esicularis acuta cum nonnullis sonis crepitantibus; tergo contra in latere dextro, quod nos dicimus grossblasiges Rasseln" auditur; eodem loco bronchohonia; fremitus pectoralis auctus. Sumptis gr. $^2/_3$ esinae Veratri viridis vespere febris intermittebat.

8. 5. Aegrotus fere sanus videtur ita ut pneuıoniam die tertio defervuisse putari possit. Attamen esperi dispnoea, temperatura, pulsus cordis augenır, quapropter resinae Veratri viridis gr. $^1/_3$ datur.

9. 5. Omnia symptomata pridie aucta remissa unt; adest defervescentia definitiva, quo in casu esinam Veratri viridis febrim fugasse perlucide pparet. Iam hodie, magis die postero sputa catarhalica fiunt. Obtusio quidem loci affecti pulmonalis ercussione cognoscitur, auscultatione pulmonis extrae sonus vesicularis magnus (grossblasiges asseln).

11. 4 In dies appetitus vires rediunt.

14. 4. Exploratione physicali accuratissime intituta pulmones normales inveniuntur.

)at.	Temper.			Pulsus.			Respir.			Dies mb.	Dosis
	m.	m.	v.	m.	m.	v.	m.	m.	v.		
7.4		39.9	39,7 37,8		120	96 80		36	30 20	2	gr. $\frac{2}{3}$
8.4	36,8	38,1	39,7	72	96	108	18	20	28	3	gr. $\frac{1}{3}$
9.4	37		37,2	72		74	20		18	4	
0.4	37,3		37,1	72		76	20		20	5	

Historia morbi sexta.

G. agricola, viginti annos natus antea bona semper se fructum valetudine profitetur. Propter fracturam complicatam cruris 6. 5. 66 in nosocomii stationem chirurgicam receptus est. Medio mense Junio rheumatismo articulorum acuto correptus est, coniuncto cum pericarditide, endocarditide, pleuropneumonia. 12. 8. Aegrotus restituta valetudine dimittitur. 18. 1. 67. Subito doloribus affectus est in extremitatibus, praesertim in articulationibus extremitatis sinistrae inferioris, qua re iterum in nosocomium recipitur. Status praesens: Aegrotus valido corpore; thorax bene configuratus; temperatura, pulsus cordis aucta; pulmones normales; obtusio cordis amplificata, de margine superiore costae tertiae usque ad medium sterni, in latere sinistro lineam axillarem non transiens; pulsus cordis in spatio intercostali quinto sentitur. Auscultatione cordis loco sonus primi cordis fremitus scabens; sonitus cordis valde audiendi; sonus arteriae pulmonalis secundus acutus.

℞ Acidi sulph. dil. ʒβ
Muclg. gummi ar.
Syr. simpl. āā ℥β
Aq. commun. ℥vj.
MSS. Altern. h. cochlear.

Vespere dolores in regione cordis, palpitationes cordis vehementes; dispnoea summa. Sinapismo applicato molestias minui aegrotus dicit.

22. 1. Sonus in cordis apice auctus, tussis vehemens cum doloribus pectoris coniuncta. Percussione pulmonum in utraque parte a tergo sonus tympaniticus obtusus auditur; respiratio acuta; soni crepitantes audiendi.

℞ Infus. fol. digit. (e ʒβ) ℥vj
DS. In horas cochlear.

23. 1. Sputa crocea eiiciuntur; lobi inferiores pulmonales a tergo obtusi; auscultatione respiratio bronchialis debilis in partibus inferioribus cum singulis sonis crepitantibus; in superioribus partibus respiratio bronchialis valde audienda; fremitus pectoralis supra partes inferiores sublatus; dignoscitur pleuro-pneumonia.

24. 1. Sinistrum thoracis latus magis expanditur dextro; obtusio cordis in dextram ac superiorem partem vergens aucta; auscultatione in apice cordis sonus systolicus sibilans, sonus diastolicus non purus auditur; soni prorsus non clari obtecti; in urina sedimentum, quod nos vocamus, „harnsaure Salze", sedimentum est latericium, nullum albumen.

25. 1. In apice cordis fremitus sibilans; in basi praecipue ad arteriam pulmonalem porrectus fremitus pericardialis. Sumptis gr. $^7/_{12}$ resinae Veratri viridis vomitus; nocte proxima alter.

26. 1. Fremitus scabens in basi cordis magis perspicuus; sonus cordis maxime debiles.

27. 1. Aegrotus dolores in regione cordis se habere negat, melius respirat.

28. 1. In exploratione physicali fremitus sibilans in valvula mitrali item crepitus radens in bas cordis minus auditur; percutiendo partes inferiores a tergo sonus tympanice obtusus; infiltratio minuta. in auscultatione praeter respirationem bronchialem acutam sonitus crepitantes parvuli.

29. 1. Obtusio et resorptio aequaliter minutae

Dat.	Temp. m.	Temp. v.	Pulsus m.	Pulsus v.	Resp. m.	Resp. v.	Dosis.	Dies morbi.
18.1		40,4		120				
19.1	39,4	39,5	100	120	30	26		
20.1	39,5	39,6	100	120	26	30		
21.1	39,5	39,5	100	120	30	32		
22.1	38,9	39,5	108	120	28	30		1
23.1	38,8	39	100	116	28	34		2
24.1	38,7	41,7	108	120	28	38		3
25.1	40,1		116		36			4
h. 9	39,9		108		35		gr. 1/12	
11½	38,9		114		40		gr. 1/12	
1	37,9		100		36		gr. 1/12	
2	39,3		100		36		gr. 1/12	
3	38,7		96		40		gr. 1/12	
4	38,8		96		40		gr. 1/12	
5	39,3		92		40		gr. 1/12	
6	39,1		88		40			
7½	38,7		68		40			
9	39,3		78		36			
11	39		86		36			

					5
7	38,4	92	36		
9	38,7	88	36		
11	37,8	96	36		
1	38,3	92	36		
3	38,5	104	36		
4	38,6	104	36	gr. 1/12	
5	38,7	100	36	gr. 1/12	
6	38,8	108	36	gr. 1/12	
7½	38,2	116	36	gr. 1/12	
8½	39,6	112	36	gr. 1/12	
9½	39,4	120	38	gr. 1/12	
10½	38,7	108	36		
11½	38,6	108	36		
	38,9 38,1	96 84	26 20		6
	37,4 37,5	88 78	20 18		7.

VITA.

Natus sum Bernhardus Schoenemann die XXV mensis Augusti anno MDCCCXXXIX in urbe Silesiae, cui men est Schmiedeberg patre Augusto, quem morte m ereptum lugeo, matre Ulrica e gente Schmidt, qu superstitem pio gratoque animo veneror. Fidem profit evangelicam. Primis literarum elementis imbutus adii sc lam realem Landeshuti, mox gymnasium Hirschbergense, nique gymnasium Ligidunense, quod tunc rectore Muel viro ill. semper mihi venerando florebat. Testimonio ma ritatis academicae instructus a. h. s. LXI paschali temp almam literarum universitatem Gryphiswaldensem petii, ab ill. Hoefer rectore magnifico in civium academicon numerum receptus apud ill. Haeser medicorum ordinis canum maxime spectabilem nomen rite professus sum.

Decem semestria disserentes audivi:

Ill. Haeser: de encyclopaedia et methodologia artis medi

Ill. Schultze: de anatomia et physiologia comparat de osteologia et chondrologica; de angiologia et neurolo

Ill. Baier: de logice.

Ill. George: de psychologia.

Ill. Limpricht: de chemia anorganica, organica; eunc secutus sum in exercitationibus chemicis.

Ill. Huenefeld: de geognosia et geologia; de oryctogn

Ill. Muenter: de botanice; de zoologia; idem dux fuit in excursionibus botanicis.

Ill. Budge: de osteologia, syndesmologia, myolo splanchnologia; de anatomia nervorum capitis; de cadavera rite dissecandi; de embryologia; de phy logia; de physiologia nervorum sensuum.

Ill. de Feilitzsch: de physice experimentali; de electromagnetismo et electrodynamia.

Ill. Laurer: de materia medica; de arte fascias rite alligandi.

Ill. Ziemssen: de pathologia et therapia generali.

Ill. Pernice: de arte obstetricia; de morbis mulierum; de morbis neanotorum; idem dux mihi fuit in clinico obstetricio.

Ill. Ruehle: de pathologia et therapia speciali; de auscultatione et percussione; de morbis psychiatricis; idem dux mihi fuit in clinico medico.

Exp. Schirmer: de ophthalmiatrice; eundem secutus sum in exercitationibus ophthalmoscopicis.

Exp. Heineke: de syphilide et morbis cutis; de fracturis et luxationibus ossium.

Ill. Bardeleben: de akiurgia; de chirurgia generali et speciali; de herniis; idem dux mihi fuit in operationibus chirurgicis et in clinico chirurgico et ophthalmiatrico.

Exp. Hertz: de histologia normali.

Ill. Grohe: de anatomia pathologica; idem dux mihi fuit in exercitationibus pathologicis practicis.

Exp. Haeckermann: de medicina forensi et de politia medica.

Ill. Mosler: de auscultatione et percussione; idem dux mihi fuit in clinico medico et psychiatrico.

Quibus omnibus viris optime de me meritis gratiam habeo quam maximam semperque habebo.

Denique facere non possum quin medici practici doctoris Butz cum summa gratiarum actione mentionem faciam, qui quum aestate peracta, cholera asiatica saeviente, prope Anclam munere medici auxiliarii fungerer, maxima benevolentia mihi praefuit.

THESES.

I.

Osteomalacia et Rhachitis originem habent prorsus diversam.

II.

Partus praematurus cathetere in uterum inducto optime efficitur.

III.

Venaesectio in pneumonia non semper est reiicienda.

IV.

Nullus fluctus galvanicus nisi effectu chemico.